



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlfī Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XLI. Breue sacramenti, secundum ipsum iudicium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

sam hereditatem, absque repetitione ipsius hominis, omni tempore habeat eligitam, atque euindicatam: sin autem non potuerit, hoc legibus emendare studeat. His presentibus actum fuit.

XLI. BREVE SACRAMENTI
secundum ipsum iudicium.

BReue sacramentorum, qualiter ingressus est ille, die illo, in loco nuncupante illo, in Basilica sancti illius, iuxta quod iudicium suum loquitur, apud homines tantos sua manu tanta, positis manibus super sanctum altare iuratus dixit: Per hunc locum sanctum, & reuerentiam istius sancti, quia vnde me ille interpellauit, quasi hereditatem suam, quæ ei esset debita, in loco nuncupante illo, post me retinere, vel ei malo ordine contradicere iniuste, ipsam hereditatem pa-

rentes mei mihi morientes dereliquerunt, & inter me vel ipsos parentes meos de annis xxx. semper exinde vestiti fuimus, & secundum legem plus est mihi debita habendi quam ipsi homini reddenda, per Deum & reuerentiam istius sancti iuro. Similiter venientes testes sui, per singula iurati dixerunt, quicquid iste de hac causa iurauit, verum & idoneum sacramentum exinde iurauit. Hij sunt qui subterfirmauerunt.

XLII. *NOTITIA DE ALODE vindicato.*

NOtitia, qualiter vel in quorum præsentia, veniens ille, die illo, in loco nuncupante illo, ante illum iudicem, vel reliquos viros, qui ibidem aderant, vel subterfirmauerunt; Ibique interpellabat aliquem hominem, nomine illum, eo quod